

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, 1616

§. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42916

ex affectu ac deuotione erga sanctum hunc vi-
rum Romam proficisciens Procurator suę Prouin-
cię Peruancę transiens per Galliam, valde egit cō-
mendauitque Patribus Societatis, qui erant in
Collegijs propinquioribus Cardellachio, vt in-
quirerent diligenter sancti illius corpus; quod il-
lī ita sollicitè p̄fitterant, vt verè certis signis ac
testimonijs illud inuenerint: patriq; Turriano ex
vrbe redeuenti illud tradiderunt, qui secum in Hi-
spaniam tulit Anno 1603. tradiditq; P. Alphonso
Ferrero Prouinciae huius Castellanæ Prouincia-
li. Et quamuis Salmaticense Collegium valde il-
lud opraret, eò quod sanctus vir per multos an-
nos fuisset ibi Rector: adiudicatum est tamen do-
mui Professæ Vallis-Oletanæ, vbi erat Præposi-
tus, cūm electus fuit ad profectionem Romanam:
vbi sanctum corpus cistæ plumbeæ inclusum col-
locatum fuit in supremo summi Altaris gradu ad
partem Euangelij, & superpositus est lapis cum
haec latina inscriptione: Patri Martino Gutierrez
Almodouar, huius domus Præposito, singulari
pietate, virtute ac doctrina viro, in carcere apud
Hæreticos Cardellacij in Gallia Narbonensi vita
functo, Anno 1573. ætatis 49. Atq; huc inde trans-
lato Anno 1603. amoris ergo Patres DD.


§. I.

SED ad historiam nostram redeamus. Statim
satque P. Balthasar has literas accepit, consti-
tuit, vt necessaria pecunia pro eorum redem-
ptione quereretur. Et quamvis quicunque alias
fuisset Prouincię superior, magna id cura fecisset:

V 5

tanta

(tanta enim est in Societate charitas, ut non solum cantorum Patrum causa, quorum vita toti illici valde expediebat; sed cuiuscunque fratri Coadiutoris magna fuisset adhibita diligentia, et iam si tota propterea Provincia debuisset debit is onerari) At P. Balthassari fuit res haec facilior, & expeditior ob notitiam & amicitiam, apud Mentinenses & Burgenses potentes ac diuines mercatores, qui suam correspondentiam cum Lugdunensis habebant, quibus facillimum erat pecuniam assignare pro lytro Patrum soluendam. Nec defuit diuina Providentia in hac occasione, nam praecedenti anno ingressi fuerant Societatem Novitij duo insignium facultatum, qui ex sua hereditate liberaliter obtulerunt tria millia ducatorum: tot enim necessarij censebantur ad rem omnino expediendam. Hac expedita diligentia, contendit Pater Balthassar properanter Burgos, ut negocio huic finem imponeret: & inde statim expediuit Fratrem Bartholomaeum Vvaezanum adhuc Nouitium, sed gallicę linguę peritum: qui seculari habitu induitus, ne agnosceretur & ab Hereticis caperetur, profectus est, secum habens schedas Cambij Lugdunum: vbi solutum id fuit, de quo pactum fuerat; & Patribus prospectum de ijs, quæ ad suum iter prosequendum erant necessaria.



CAPUT